



QK. 254. 28

IV. 402.

A D
V I R V M
P R A E N O B I L I S S I M V M A M P L I S S I M V M
D O C T I S S I M V M Q V E
D O M I N V M
**J OHANNEM C HRISTOPHORVM
L EVSCHNERVM**
G A L E N T I A M I S N .
C V M
S V M M O S
I N P H I L O S O P H I A H O N O R E S


D. II. FEBR. A. C. R. CIO IO CCL.

WITTEBERGAE CAPESSERET
GRATVLATIO

A.
J OHANNE ADAMO SCHIER,
A. M.
OFFICII OBSERVANTIAEQVE CAVSA
S C R I P T A.

FREIBERGAE IN HERMVNDVRIS







HORATIUS

Epistol. Libr. II, Epift. 2.

I bone, quo virtus Tua Te vocat; i pede fausto,
Grandia latus meritorum præmia.



ribus si quis bene præparatam
Instruit mentem, facileque Musis
Pectus aptando Studiis inhæret
Semper amicus;

X 2

Sacra

Galentia vulgo *Galenz*, haud procul Freiberga, urbe amplissima & præcipua in Hermunduris, quae nunc montana sunt Misniæ, ad occidentem, versus praetorium clarissimum, cui a conditore *Augustusburg* nomen manst, & prope

Sacra nequaquam faciet Vacunæ,
Quin imo pergit, magis & subinde
Auget: Hinc istum pariter Camoenæ
Laudibus ornant.

Nec sat est, laudes celebres dedisse;
Insimul donant titulos, ut inde
Robur accedant animusque major

Alta petenti.

Namque virtutem comitatur omne,
Qvicqvid est laudum, Decorisque pulchri,
Palladis sanctæ sequiturque castra

Omne colendum.

Testis

prope Oederan oppidulum ager est. Ibi clarissimus Leischnerus lucem hanc subiit anno millesimo septingentesimo vicefimo secundo, die XXV Decembr. Patre uitius *Jeremia*, qui praeterquam quod rem familiarem honeste curat, vestigalibus regiis exigendis praecest: matre, *Maria Bernhardia*. Cum ad futuram frugem praeclarissima ejus indoles a puerò jam effloresceret, ne tps illa praecideretur, a parentibus sub initium anni millesimi septingentesimi tricesimi quinti Freibergam mittebatur, ut in Gymnasio, quod ibi floret, sub magistris, quibus tunc fruebatur, eruditissimis & politissimis nimurum M. *Samuele Moller* Rectore, M. *Job. Andreas Luther*, Conr. M. *Joh. Aug. Harzbachio* Collega Tertio, M. *Job. Samuele Beyero* Cantore & *Godofredo Gebardo*, Collega

Testis illarum nimium propinquus,
Candidus, rerum, meus est amicus;
Namque nutritum gerit arte pectus
Vsque decora.

Vidimus noctu pariter dieque
Litteris fortem, gravidum Camoenis
Huncce *Leuschnerum* properare nostrum
Laudis ad astra.

Vidimus libris inhiare dulcem,
Vtque nil istis prius aut secundum
Autumans quidquam, cuperet quietem
Spernere segnem.

(3

Vidi-

Collega Quinto, bonis moribus pariter ac elegantioribus
litteris exornaretur. In hac Musarum paleaetra novem
versatus est amos. Quia autem in re tenui erat, plurimi-
num cum adjuvit singularis favor atque benevolentia
viri S. V. *Christiani Friedericii Wilischii*, Freibergensium
vicinarumque ecclesiarum Superintendensis longe cele-
berrimi, nec non M. Hieronymi Joachimi Wageri Se-
nioris totius diocesos Freibergensis hodie gravissimi &
M. Job. Pauli Rami, *et vñ dñ aylag*. Dimissus inde Li-
psiam accepit anno millesimo septingentesimo quadrae-
cimo quarto, censu inter numerum civium Academicorum
d. XI. Maj. Rectore Magnifice Job. Friederico
Christio. Civitate itaque donatus, nihil prius, nihil
que antiquius habebat, quam ut istam Studiorum telam

Vidimus nostrum celebrare claros,
Spiritu, ludos, avido ac anhelo
Verbum ne quod fugiat beatum

Currit & infat.

Ergo justarum meritus cupesse
Ampla virtutum nova nunc brabea.
Leucoris gaudet, sed & en! Camœnæ

Vndique plaudunt.

Te suis ornans titulis Minerva
Laeta Doctorem vocat ac Magistrum,
Filium dicit Dea Te venustum

Non sine laude.

Ipse

in illustri Freibergensi Gymnasio sat auspicato & non
aversa Pallade exortam in hac Academia detexere tandem
feliciterque posset deponere. Graecas Latinasque litteras
ut perdisceret, doctores habuit Job. Auguſtum Er-
nesti, Job. Friedericum Chriſtium & Job. Erhardum Kap-
pianum, Trium viros omni laude majores. In Philosophia
audivit Job. Henricum Wincklerum, Philosophum hodie
apud Lipſienenses facile principem. In Historia Catholica,
Philosophiae & litterarum Praeceptores fibi delegit
D. Chriſtian. Gottlieb. Jæberum & D. Job. Martin.
Chladenium, Theologum hodie apud Erlangenses longe
celeberrimum, Hebraicae litteraturae in Studiis uifus
est Job. Gottlieb. Boffeckio & D. Job. Chriſtiano Heben-
ſtreitio, a quo etiam in controversiis rerum sacrarum
& in

Ipse tot laudum titulos m ereris:
Quippe qui noctes vigil, hoc amore
Deditus Musis nimis est, meretur
Nobile nomen.

I, pedes quo Te cupiunt honeste!
Perge, nam faustus Tibi ridet annus;
Perge virtutum celeri viasque
Tendere gressu,

Opto, majores citius sequantur,
Annuat Numen! meritique honores!
Voce gaudebo simul atque corde,

Dulcis Amice.

Vive

& in antiquitate Judaeorum cognoscenda profecit. Cum
deinde ad sacras litteras adiecisset animum, in Theologia
Dogmatica & Polemica sedatus est D. Job. Henricus
Clauisingius rōv vōv μακάρων, porro D. *Romanus Tell-*
lerum & Job. Gottlieb Basseckium. Exegetici, quae di-
ctorum biblicorum sensum atque usum explicat, didicit,
praeceuntibus D. *Salomon Deylingio* & jam laudato *Tell-*
lero. Theologiam moralem & Homileticam, cum do-
cuit rursus *Tellorus & b. Hahnus*. Super libris Symboli-
cicis interfuit praelectionibus D. *Christiani Friederici*
Barneri. Denique praeceuntibus *Deylingio & Heben-*
streibio etiam ad quaestia respondendo ingenium exer-
cuit. Sic veritus in Studiis litterarum cum fuisset, non
potuit non, quin *Magnificus Philosophorum Wittebergen-*
ianum


Vive crescendo vigeas perennis
Et salus surgat, reparateque robur
Et novo semper sine fine crescat

Nomen honore.

Sed memor nostri maneas, precamur
Vinculum nostri renovans amoris
Dulce sinceri melius mereris

Nomen amici.

suum ordo summis eum in philosophia honoribus maceraret, quae dignitatis primitiae me etiam eo adegerunt, ut solennitatem illam silentio dedecorare non possem, quin potius & officio & amicitiae satisfacrem.



27th instant at Duncans
Pass before the Young
men for a short time
and then again at the
end of the day.


Pon Zc 3757, qK



Vdn8







QK.254.28

N 402.

A D
V I R V M
P R A E N O B I L I S S I M V M A M P L I S S I M V M
D O C T I S S I M V M Q V E
D O M I N V M
**JOHANNEM CHRISTOPHORVM
LEVSCHNERVM**
G A L E N T I A M I S N.
C V M
S V M M O S
I N P H I L O S O P H I A H O N O R E S

D. II. FEBR. A. C. R. CIO IO CCL.

WITTEBERGAE CAPESSERET
GRATVLATIO

A
J O H A N N E A D A M O S C H I E R,
A. M.,
O F F I C I I O B S E R V A N T I A E Q V E C A V S A
S C R I P T A.

FREIBERGAE IN HERMVNDVRIS

